

1762.

1. Greitlich, Dr. iur. Christianus: De competentia juriis ordinarii in punientiis delictis militum.

2. Bloemers, Sept. digm: De lassione ultra timendum peremptare, ab ente non praestanda.

1763.

1. Hiltchen, Lur. d'Ass.: De vulnerum in intestinis lethaliitate.

2. Kortholtz, Franc. Frider.: De imperatiis juriis Lubencensis. Iust. Miss. Gebhard zu Hohenlohe communque maxime neglectorum quibusdam effectibus.

3. Kortholtz, Franciscus Frider.: De differentiis juriis Romani et statutariorum Haribronensis in intellectu.

1764.

1. Fuerstenau, Gottlob Hermann: Deo, quod circa probacionem per testes jure statutariorio subiecti justum est.

= Kortholtz, Franc. Frider.: U. jure salarii ad vocatum in concursu ordinorum 25 Sept. 1764 - 1770

1764

3. Lindberg, Iunes Casparus: *To Differencias iuri  
civitis et fabecuris i*z* argumento jurem initorum*

1765

1. Binder, Nicolaus: *De statu rusticorum serviti  
ejusque probatione.*

2. Koch, Dr. Christoph, acad. rector: *et auxilium tam  
orationum, qua Dr. J. Fr. Frey Beckfeld professorum  
in ordine theologiae od. quartam: -- vide auspica-  
tibus... inventat similem novam i*z* computational  
graduum canonica inventam regalam examinat*

3<sup>rd</sup> Koch, Dr. Christoph: *De furo hereditis*

= Y. Lachs, Iunior Casparus: *De usuris fractuum*

res  
DIEZENBERGIANA LIBRIS PUBLICA  
CARTARUM LIBROS  
ORDINATI  
IN PVNIENDIS BELLOIS  
MILITIA

ET TRINITATIS LIBROS  
PRO LICENTIA  
SUSCIPITUR PROGESSUS IN SCOLAS  
AC COMPARATIONES  
AD TERRAM MARITIMAM

AC'Grosit' & compotote' indicis' minores

1763, 1  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

DE

# VVLNERVM

IN

## INTESTINIS LETHALITATE

DEO CLEMENTER ANNVENTE

AVCTORITATE

GRATIOSI MEDICOR. ORDINIS

PRAESIDE

## LVD. HENR. LEO. HILCHEN

MED. D. ET P. P. O. SATRAPIAE GIESSENSIS AC AD.  
IACENTIVM ALIQVOT PRAEFECTVRARVM  
PHYSICO NEC NON FACULTATIS  
MEDICAE HODIE DECANO

PRO

## GRADV DOCTORIS

RITE IMPETRANDO

PUBLICO ET SOLEMNI

MAGNIE. ET EXCELL. ACAD. PROCERVM  
EXAMINI OBSERVANTER SUBMITTIT

## FRIDER. LVDOVICVS NITSCH

DRESDA MISNICVS

AD DIEM NOVEMBR. M DCC. LXIII.

---

GIESSAE , TYPIS EB. H. LAMMERS , ACAD. TYPOGR.

MATHEMATICARUM

ANALYTICARUM ET GEOMETRICALium

ET PHYSICO-MATHEMATICALium

LIBRARIA

ET LIBRARY

IN LIBRARIA

ET LIBRARY

IN LIBRARIA

ET LIBRARY

IN LIBRARIA

ET LIBRARY

IN LIBRARIA

SERENISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
LVDOVICI  
HASSIAE LANDGRAVII  
CET. CET.

SANCTIORIS SENATVS  
ARBITRIS  
INTIMISQVE STATVS  
ADMINISTRIS  
*VIRIS PERILLVSTRIBVS*  
GENEROSISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS  
GENTIS AC NATALIVM SPLENDORE  
ET  
MERITORVM MAGNITUDINE  
MAXIME CONSPICVIS  
RERVM PRO PATRIA GESTARVM  
GLORIA IMMORTALIBVS  
LITTERARVM OMNISQVE DOCTRINAE  
STATORIBVS SVMMIS  
FVLCRIS ALMAE LVDOVICIANAE FIRMISSIMIS

A 2

SA.

SAPIENTIAE ET BENIGNITATIS  
LAUDE PRAESTANTISSIMIS  
DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS  
AC MAECENATIBVS RELIGIOSISSIMO  
MENTIS CVLTU PROSEQVENDIS  
DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRalem  
SVBMISSAE ET GRATISSIMAE MENTIS  
INTERPRETEM  
AETERNI OBSEQVII DOCVMENTVM  
CVM  
FELICITATIS OPTIMAE ET PERPETVAE VOTO  
DEVOTIONE QVANTA MAXIMA  
CONSECRAT  
*PERILLVSTRIVM GENERO-*  
*SISSIMORVM AC EXCEL-*  
*LENTISSIMORVM*  
*DOMINORVM*

HVMILLIMVS CVLTOR  
FRIDER. LUDOVICVS. NITSCH:

DE

DE  
**VVLNERVM**  
**IN INTESTINIS**  
**LETHALITATE**

*DISSERTATIO INAVGURALIS.*

**H**umani corporis machinam, elegantissimum illud  
huius vniuersi compendium, mirabili opere diu-  
noque esse factam & summo artificio & summa arte, binis  
partium componentium generibus, solidis ac fluidis con-  
flatam, nemini non, qui vel a limine salutauerit artem  
salutis humanae praesidem, satis superque patebit. So-  
lidae corporis partes tam affabre constructae concin-  
nataeque sunt, vt acie mentis illas dispiacentem summa  
afficiant admiratione: suis quippe definitae amplitudinis  
capacitatisque canalibus ac tubulis liquida varii generis  
coercent & iugl perennique motu in spirantibus per o-  
mnes omnino vniuersi corporis prouincias circumfe-  
runt, ita vt nullum in toto corpore reperiatur pun-  
ctum, in quod non unum alterumque appellat vascul-  
lum. Fluidae autem partes, a solidis coercitae, va-  
riis motibus, nisibus, renisibusque hac illuc impulsa-

A 3;

agi:

◎ ) z ( ◊

---

agitataeque, corpori nutriendo, variis humoribus no-  
ciuis innocuisque fecernendis & compluribus aliis com-  
modis praestandis inferunt.

§. II.

His motibus (§. I.) incipit vita, durat, conserua-  
tur, absolvitur, adeo ut in ipsis omnis cum vitae, tum  
sanitatis delitescat ratio. Vita enim corporis humani ini-  
nititur continuo illi perennique ac qualitercumque con-  
tinuato liquidorum in suis vasculis per corporis mem-  
bra membrorumque partes motu, quo penitus destruc-  
to, vita quoque cessat, & qualiter qualiter perseue-  
rante superstes est. Sanitatem autem adesse dicimus,  
quamdiu fluida aequabili solidorum actione, expedi-  
te & aequaliter ita per canales suos tubulosque circum-  
voluntur, ut omnes homini competentes actiones  
naturales puta, vitales & animales rite ac decenter per-  
agi queant.

§. III.

Actiones naturales vocantur quae ingesta per os  
alimenta ita mutant, ut in naturae partem abeant eam-  
que vel reparent, vel augeant, vel propagent. Con-  
stituunt eas actiones viscerum vasorumque recipientes,  
retinentes, praeparantes, mouentes, miscentes, mutan-  
tes, fecernentes, excernentes. Actiones vitales sunt  
exercitationes motus earum partium, per quas vita fit,  
& quibus destructis & sufflaminatis, vita sublata est. Ad  
has partes recensentur cor, pulmones, cerebellum,  
vasa arteriosa maiora. Actiones animales constituunt  
omnes functiones corporeae, quae dum exercentur,  
mentem reddunt conscientiam, illarum actionum actu ex-  
ercitarum.

§. IV.

§. IV.

Quoniam vita & omnis actio corporea nisi & resiliu partium corpus constituentium absolvitur (§. 2.), hinc fluidae partes debite commixtae esse debent, ut mixtae sic impellere possent solidas, sed hae ita struetae esse debent, ut sufficienter & aequaliter teniti in fluidas impellentes possent.

§. V.

Nituntur fluidae partes in solidas ope miscelae diversae, renituntur vero solidae partes in fluidas ope constructionis mechanicae (§. 4.) prout itaque fluidis certa mixtura sic solidis certa structura opus erat; hinc corpus non tantum ut mixtum, sed etiam ut structum considerari meretur.

§. VI.

Structura corporis certa & unicuique parti conueniente fibrarum compositione, tensione & tractu, nec minus artificiosa omnium corporis partium & accurata connexione absolvitur.

§. VII.

Partes solidae in statu sano ac integro apte arcu que inter se cohaerescunt, & aliae alias apprehendentes continuantur, ita ut quoddam quasi continuum constituant. Quodsi autem illa partium cohaesio tollitur, solutionem adesse continui dicimus. Ergo solutio continui aliud nihil est, quam sublata partium antea conexarum cohaesio.

§. VIII.

Partes corporis humani firmae (§. 1.) non eadem gaudent soliditate, sed aliae laxius, aliae firmius cohaerent, illae molles, hae durae vocantur. Pro maiore

iore autem, minoreve partium harum cohaesione, maior quoque minorue eas disstringendi, soluendique vis requiritur.

## §. IX.

Vis haec partes antea vntas, molles sint sive durae, dissoluens (§. 8.) vel inest corpori nostro, vel ab extra eidem applicatur. Ergo cauſa ſolutionis continuū eſt vel interna vel externa.

## §. X.

Cauſa interna in liquidis stagnantibus atque a crasi ſua deieclis quaerenda eſt, quando enim liquidum stagnans in motum redigi nequit, partes illud conſtituentes, arctiusque inter ſe cohaerentes fecellum faciunt, tenuiores, agiliores, ac mobiliores proſligantur, crassiores remanent & in materiam vſcidam tenacem, ſubrubram primum, dein ſubalbidam, tandem albam & acrem conuertuntur, quae puer vocatur, & temporis mora maiorem ac depaſcentem contrahit acrimoniam, ac tandem exelis, ſolutisque vicinarum contiguarumque partium fibris, qua data porta effluit. Cauſam externalm conſtituant instrumenta variā dura, acuta, obtusa, mota.

## §. XI.

Pro diuerſitate cauſae ſoluentis (§. 10.) & partis ſolutae (§. 8.) varia ſolutae unitatis enaſeuntur genera, vlcera ſcilect, vulnera, contuſiones, fracturae, caries.

## §. XII.

Solutio unitatis a cauſa interna (§. 10.) humore nempe stagnante acri ac erodente, in parte molli (§. 8.) facta, cum effluxu puris (§. 10.) vocatur vlcus. Caries autem dicitur, ſi eadem cauſa ſolutionem in parte dura effecerit.

## §. XIII.

§. XIII.

Solidae corporis humani partes vasculosa gaudent textura, ac liquida varia in vasculis suis coercent, ita ut nulla unquam, nec acutissimo telo, pars percuti queat, quin simul vascula quaedam discindantur (§. 1.) Solutio hinc vasculi sanguiferi vel extrauationem vel fisticidium parit sanguinis.

§. XIV.

Quando plura vascula sanguinem vehentia in unitate sua soluuntur per instrumentum durum, obtusum siue motum, siue quiescens, ast ualide resistens, integra manente cute, effluxus hic sanguinis appellatur extravasatio, ipsa autem solutio contusio. Contusio hinc est soluta unitas facta (§. 7.) ab instrumento duro, obtuso, frangente & dilacerante multa vasa in longum atque latum simul.

§. XV.

Quando autem vas sanguiferum instrumento duro, acuto, moto, vna cum cutis velamento discinditur, sanguinis per laesum vasculum eruptio audit haemorrhagia, solutio vero vulnus nominatur. Vulnus ergo est soluta unitas recens, cruenta, a cauſa externa, instrumento scilicet duro vel secante in partes molles sensibiles motu id est vi adacto. (§. 9.).

§. XVI.

Pro soluenda ergo partis mollis unitate requiritur 1.) instrumentum durum, cum molle non laedat, 2.) acutum, scindens scilicet aut pungens & 3.) motus, instrumentum enim aut mouendum, aut homini in illud incurrendum est.

B.

§. XVII.

## §. XVII.

Solutio continua in partibus duris, sensatione per se destitutis seu ossibus, a caussa violentis externis (§. 10.) facta, illa ea cuncte instrata manente, vocatur fractura, quae complicata audit, si eidem vulnus (§. 15.) simul est coniunctum.

## §. XVIII.

Ex hisce (§. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17.) probe inter se collatis, facili negotio differentia morbos solutae unitatis intercedens determinatur. Differunt enim illi 1.) ratione subiecti, (§. 8.) quod in aliis pars mollis, in aliis dura constituit: 2.) ratione caussae, quae vel interna est, vel externa (§. 9.); 3.) ratione instrumenti, quod durum quidem in omnibus, in aliis autem acutum in aliis obtusum existit: & 4.) denique ratione effectus, qui est liquidorum extravasatio vel puris, (§. 10.) vel eruoris. (§. 14.).

## §. XIX.

Vulnus ergo 1.) ab ulcere differt, quod illud si stat diuulsionem recentem, cruentam, a caussa externa prognatam, cum vleus exhibeat solutionem a caussa interna factam, antiquam cum effluxu ichoris seu puris. Vulnus hinc recte dicitur solutio recens, eine frische Wunde // antiquae quippe solutioni non vulneris amplius, sed ulceris competit nomen: 2.) a contusione, quia haec ab instrumento obtuso contundente fit, nec cruenta est: 3.) a carie atque fractura, quod in his subiectum est pars durâ, in vulnera vero mollis, sensibilis vasculosa & liquido plena.

## §. XX.

Ad functiones (§. 3.) rite perficiendas requiritur,

vt

ut partes, quarum beneficio illae peraguntur, sint integrae; discissae quippe & dilaceratae non agunt. Vulnera autem soluitur unitas partium (§. 15.), & solutio efficit effusionem liquidi in continente contenti (§. 13.). Cum igitur omnis functio a partium coercentium integritate & liquidorum per illas fluxu determinato dependeat (§. 2.), hinc laesis iisdem & actio omnis pereat, necesse est. Ex hisce ergo deducendus vulneris effectus est, laetio scilicet vel functionis eiusdem partis, cui virus inflictum fuit, quae nempe a partis illius motu dependet seu organi integritate: vel earum functionum laesio, quae a liquidorum definito influxu descendunt.

## §. XXI.

Quae vulnera itaque partes occupant, quarum actio. ne vita sit & conseruat, (§. 3.) harum partium functio. nes vi sua destruunt earundemque liquidum effundunt, (§. 20.) adeoque mortifera sunt. (§. 2.) Effectus ergo vulneris lethalis est mors, & mors nihil aliud, quam motuum circulatoriorum & viscerum eo inferuentium cessatio atque destructio.

## §. XXII.

Horum (§. 21.) autem alia ineuitabili necessitate mortem inducunt, alia vero per se & sua natura qui. dem lethum inferunt, sed artis ope, sub certis condi. tionibus, quae tamen in medentis & aegri potestate non sunt, ita corrigi emendarique possunt, ut mortis in. tereat periculum evanescatque. Illa absolute, haec re. spectu lethalia sunt atque dicuntur.

## §. XXIII.

Vulnus ergo absolute lethale illud nuncupatur, quod vitam omnibus semper & necessario adimit, cu-

iuscunque aetatis, temperamenti, sexus & corporis constitutionis ac roboris sint, quamuis optima praestantissimaque tempestive adhibeantur artis praesidia ad miniculaque.

#### §. XXIV.

Laesiones vero respectiue lethale sunt, quae per se quidem non tamen ineuitabiliiter, sed sub certis saltim conditionibus, nec a medente, nec a laeso auertendis, mortem afferunt: quaedam erga harum concipiendae erunt mortiferae, quaedam minus tales, ideoque non cunctae harum laesiorum salutares, & per consequens non quaevis illarum lethales, siquidem illae positis quibusdam circumstantiis praesentibusque perimunt, remotis vero conditionibus hisce non perimunt. Potest enim a plaga in se & sua natura lethali vulneratus conualescere, per singularem corporis texturam ac naturae robur, dum alius, per morbosum corporis apparatum ac huius texturam teneriorem, propter similem laesionem, abit hinc in communem locum, vnde nullus datur redditus.

#### §. XXV.

Saepius quoque ex vulnere non lethali neglecto, errore aegroti, vel chirurgi, vel alia quacunque auertenda culpa lethale fit. Haec vulnera dicuntur per accidentem lethalia.

#### §. XXVI.

A vulneribus lethalibus distinguenda sunt vulnera insanabilia. Insanabile enim vulnus est, cuius effectus nec naturae beneficio, nec artis auxilio superari possunt, licet vulneratus inde non necessario moriatur. Pater

ter ergo omne vulnus lethale esse simul insanabile, illud autem quod sanari nequit, non simul esse lethale.

**S. XXVII.**

Paucis subiungemus his differentias vulnerum a partibus vulneratis, forma laesionum, caussis, instrumentis & modis, quibus infliguntur, desumptas. Ratio ne partium dispeccuntur in vulnera capitis, colli, thoracis, abdominis, cordis, pulmonum, hepatis, lienis, renum, ventriculi, intestinorum, carnearum, tendinea, arteriarum, venarum, artuum &c. Formae respectu & figurae, quam prae se ferunt cruenti corporis ictus, vulnera nominantur parua, magna, decumana, superficialia, profunda, recta, obliqua, transversa, rotunda, quibus ea addenda vulnerum distinctio, quae ab iis, funestas percussiones individuo comitatu quae confessim subsequuntur, derivatur symptomatibus, quae in simplicia dividuntur & composita, quorum illa non vallis, aut saltem leuissimis, haec vero grauissimis multumque periculi minitantibus stipantur accidentibus.

**S. XXVIII.**

Quemadmodum figura haud exiguum vulneribus assert discriminis, ita quoque modus, quo corpori incutuntur illa, insignem peperit differentiam, quaedam enim caesim percussa sunt, quaedam punctum inficta, nonnulla sphaerulis plumbeis illata: haud pauca instrumentis obtusis contusa: alia morsu ingesta, alia instrumentis venenatis producta, lis autem, quibus haec, quae de vulnerum differentia (§. 27.) adduxi, aut nullius aut exigni usus videbuntur, respondeat pro me Medicorum CICERO, a) dicens: *Aliquid etiam in vulneris*

B 3

a) *Dere medica L. 5. cap 26. s. p. m. 284.*

neris genere figuraque est. Nam peius est, quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est; adeo ut acuto quoque, quam retuso telo, vulnerari commodius sit. Peius etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est: ex quoque caro alia parte absissa, alia dependet. Pessima quaeque plaga curua est: tuifissima, quae lineare modo recta est. Quod deinde proprius huic illine figurae vulnus est, eo vel deterius vel tolerabilius est.

### §. XXIX.

Transeo ad regulas quasdam generales in describenda determinandaque vulnerum lethalitate observandas. Circulationem sanguinis vitae esse principium sanitatisque praesidium supra commemoravi (§. 2.). Quae ergo vulnera itui, reddituque humorum talia, tanquam praepedimenta obiciunt, ut nulla illa arte, industria nulla superari queant, illa mortifera audiunt. Lure hinc meritoue plagiis absolute lethalibus illa annumerantur vulnera: 1.) quae liquidi nervi in fluxum in cor intercipiunt: 2.) quae cordis sufflaminant motum: 3.) quae subitaneas enormes & incompescibiles haemorrhagias post se trahunt: 4) quae respirationem tollunt: 5.) quae nutritii roris succique chylosi motum atque affluxum in cor perimunt: 6.) quae liquidorum in promtuariis corporis contentorum profusiones in caua corporis vel extra illud producunt, ita ut vel virium ad vitam requisitarum directam & irreparabilem iacturam, vel partis nobilioris afferant corruptionem, toti machinae humanae extiabilem.

### §. XXX.

In determinanda autem vulneris specialis & individualis lethalitate attendendum est 1.) ad vulneris

con-

12

---

conditionem, magnitudinem, qualitatem, figuram, 2.) ad partis laesae texturam, situm, connexionem & vsum, 3.) vulnerati aetatem, dispositionem naturalem corporis, morbos eius antecedentes & praesentes, ac tandem superuenientiasymptomata.

§. XXXI.

Quantitas vulneris prout variat, sic quoque unius eiusdemque partis in diversis subiectis, vulnus lethale & non lethale facit, quatenus illa scilicet praeter longitudinem ac latitudinem profunditatem, immo multitudinem quoque vulnerarum partium complectitur. Maiora enim partium nobiliorum vulnera semper absolutam involvunt lethalitatem. Immo usus rerum docet, quorundam membrorum laesiones, quo exiliores seu angustiores, eo periculosiores existere, ac per solam hanc circumstantiam nonnunquam, nisi peritamanu tempestive dilatentur, lethales euadere. Numerus & multitudo suum quoque in determinatione lethalitatis confert symbolum, siquidem experientia constat, vulnera illethalia, numero tamen copiosa, propter hanc copiam lethalia fieri.

§. XXXII.

Ad qualitatem ictuum cruentorum quod pertinet, 1.) vulnera contusione hineque sclopetorum globis, partibus inprimis neruosis ac membranosis inflatta, respectu contusionis ac dilacerationis enormioris & inflammationis feruidioris superuenientis, simplioribus puncturis & incisionibus, ut ut majoribus, periculosiora & p[er] aliis lethalia sunt. 2.) Vulnera instrumento venenato immissa, in primis maiora & interiora penetrantia, lethalibus accensere conuenit, quoniam

non

) 16 (

---

non tam vnitatem partium solvunt, quam principio  
vitali vim inferunt, actionesque vitales pessundant.

§. XXXIII.

Figura vulneris atque specie lethalitatem subinde determinari, aut ad minimum augeri moderarique, in praecedentibus iam monuimus (§. 28.). In primis autem hoc pertinet orbicularis figura rotundaque ad coalescendum prouersus inepta. Idem valet de vulneribus cum imminutione substantiae coniunctis, quae difficillimae consolidationis deprehenduntur.

§. XXXIV.

Quanquam haec sanguinolentarum plagarum consideratio quantitati (§. 31.) qualitati (§. 32.) ac formae (§. 33.) superstructa, omnino digna est, quae diligentius omniq[ue] ingenii acie discipiciatur, multo tamen dignior mihi videtur, magisque in aestimatione vulneris attendenda, ipsius partis fauciae, quoad texturam, situm & usum accuratior nec proletaria contemplatio. Progredior ergo ad texturam partium, vt, quid illa aut conferat lethalitati, aut deroget eidem, manifestum euadat. Non omnes autem, ad solidarum genus quae pertinent partes, eadem soliditate, eadem firmitudine gaudent, sed firmiores aliae sunt, aliae molliores (§. 8.) maximaque proinde texturae, & quidem non tam organicae, quam similares, seu substantiae ratione, obseruantur disparitas. Partes laxius cohaerentes ac prae-molliores ad corruptionem prae aliis pronae sunt magisque proclives, adeoque diuisae, plus semper periculi, vt exemplio cerebri patet, inuoluunt, & facile mortem afferunt. Membranosalium quoque partium, tendinosarum, neruosarum itemque ex meris vasculis

con-

contextarum vulnera, prae carnositatem unitate soluta periculosiora existunt, & ceteris paribus magis lethalia dicuntur, quia difficillime illa consolidantur, mox calore accenduntur igneque, dein ardescunt & timent cum dolore plus minusve vehementi, ac tandem gravissima concitant symptomata, convulsiones, summa incendi generata sanguinis profusiones vix arte villa superabiles.

### §. XXXV.

Progredimur nunc ad situm partium, qui, ut cognitioni saepe officit, sic curationem quoque ac consolidationem interdum impedit, & non raro impossibilem reddit. Vulnera quippe lethalem fortiantur exitum necesse est, si, ob situm profundorem & ab externis remotum, nullus ad ea concedatur accessus, adeoque omnis medicamentorum denegetur applicatio. Hinc non tantum vulnera ventriculi, intestinorum, lienis, renum, pulmonum &c. ac cavitatum viscerum que ante memoratorum arteriae atque venae discessae, ob situs inconuenientiam medelam respunton omnes & mortales haemorrhagias mouent, sed externalium quoque partium vasorum, vulnera scilicet ramorum axillarium, brachialium, cruralium tam arteriorum quam venosorum profundius meantium similem eundemque effectum experiri, honorifice semper appellandus BOHNIVS a) & rationibus & experimentis haud contemnendis satis superque commonstratum dedit.

### C

### §. XXXVI.

a) de renunciatione vulnerum. p. 43. seqq.

## §. XXXVI.

De partis sauciae connexione cum aliis aliquid  
ve exponamus. Monstri quid alunt vulnera partibus  
inflicta, quae cum organis vitae necessariis ac nobilio-  
ribus junctae sunt communione, ac consociationem  
inierunt cum iis atque commercium, siquidem graui-  
fima illa semper ac lethifera excitare solent symptomata.

## §. XXXVII.

Denique etiam dispiciendum est de organorum vul-  
neratorum vsu atque functione, vt pote per cuius inte-  
gritatem solam, membrorum alia, p[ro]p[ri]e alijs, nobili-  
tantur. Conspirant euidem omnes corporis nostri  
provinciae & provinciarum omnes partes ad publi-  
cum promovendum commodum vitamque sartam te-  
stamque conseruandam, quaedam tamen p[ro]p[ri]e alijs, di-  
recte magis & proxime, plus minus ad circuitum hu-  
morum, in quo vitae sanitatisque consistit ratio, (§. 2.)  
perpetuandum contribuunt, quaedam remote saltem  
& pro parte in commune corporis conferunt. Quae-  
cunque igitur vulnera partes vitae necessarias tangunt,  
earundemque actiones tollunt, & supra commemoratos  
effectus inducunt, (§. 20.) ea periculosiora sunt atque  
mortifera. (§. 21.)

## §. XXXVIII.

Subducta hinc ratione momentorum (§. 29.) ad-  
ductorum, maximum vitae certumque periculum pro-  
creant vulnera 1) cerebri, medullae spinalis, nervorum  
cardiacorum. (§. 29. n. 1.), 2) cordis (l. c. n. 2.), 3) ar-  
teriarum venarumque majorum, arteriae scilicet ma-  
gnae, pulmonalis, subclaviarum, carotidum, vertebra-  
lium, coeliaca[rum], mesentericarum, emulgentium, iliaca-  
rum:

rum: venae cavae, pulmonalis, azygos, subclavia-  
rum, vertebralium, jugularium in primis internarum,  
emulgentium, portarum, iliacarum, (l. c. n. 3.), 4) vul-  
nera magna pulmonum, diaphragmatis, abscissio a-  
sperae arteriae, vulnera lata utramque cavitatem tho-  
racis cum admissu aëris perforantia (l. c. n. 4.), 5)  
abscissio oesophagi, vulnera ventriculi, intestini tenui-  
oris superioris integra dissectio, laesiones vasorum la-  
cteorum, receptaculi chylosi, ductus thoracici (l. c. n. 5.)  
6) vulnera vreterum, vesicae vrinariae, felleae, vaso-  
rum lymphaticorum maiorum, viscerum notabiliorum  
vasculoſa textura gaudentium, hepatis, lienis, renum,  
pancreatis (l. c. n. 6.).

## J. XXXIX.

Periculum hoc (§. 38.) notabiliter intenditur  
in his partibus atque augetur si pars sauciata quiete o-  
mni, quam aliant vulnera, careat, & propter conti-  
nuum perpetuumque motum consolidationem omnem  
respuat reunionemque, v. gr. pulmones, diaphragma,  
intestina.

## J. XXXX.

Cave tamen ne quascunque praefatarum partiū  
(§. 38.) laesiones tantum semper periculi inuoluere  
existimes, vt lethum nullo modo evitari queat. Sunt  
enim illae demum plagarum cruentarum lethales, quae  
praedictos effectus (§. 30.) edunt, functiones vitae ne-  
cessarias vel simul & semel, vel lente & successiue tol-  
lunt, id est aliquid illorum praestant, de quibus (§.  
38.) exposuitus. Ex quo satis quoque apparere arbit-  
ror, ad absolutae lethalitatis determinationem non re-  
quiri, vt cita semper laesionem mors sequatur, sed

C 2 sufficere,

sufficere, si effectus illa laesioris sit ac eandem, quam vulnus, caussam agnoscat. Cum enim corporis partes non pari ratione ad vitam conseruandam tutandamque, sed aliae proxime, aliae remote conferant (§. 37.) & triplex actionum in oeconomia animali obseruetur ordo, (§. 3.) hinc laesas easdem non unus idemque excipit effectus, sed diuersus, pro diuersitate partis, illiusque functionis, ac laesioris varius, ita ut laesiorum proxime vitalem sanguinis progressum sufflaminantem subita atque repentina mors excipiat, vulnus autem humorum circuitum proxime non turbans, lentam mortem quidem, sed necessitate afferat indeclinabili. Negari tamen nequit quod praesentibus quibusdam lethalitatis absolutae caussis, iudicium de vulnera mortifero cito morte tanquam effectu de sua caussa testante confirmetur.

## §. XXXI.

Confert etiam secundum a) CELSVM ad lethabilitatem aliquid & aetas & corpus, & vitae propositum, & anni tempus, & regionis clima, quia facilius sanescit puer vel adolescens, quam senior vel infans: valens, quam infirmus: neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quam si alterum ex his est: integri habitus, quam corrupti: exercitatus, quam iners: sobrius & temperans, quam vino veneribusque deditus. Opportunissimumque curationi tempus vernum, aut certe neque seruens, neque frigidum, siquidem vulnus & nimius calor & nimium frigus infestant; maxime tamen horum varietas, ideoque pernicioſissimus autumnus est.

## §. XXXII.

a) l. l. Li. V. c. 26. p. 284.

## §. XXXII.

Nunc videndum est, quamnam symptomata in aestimandis dijudicandisque vulneribus attentionem mereantur, quoque illa ratione lethalitatem aut minuant, aut augeant. Cum autem accidentia laesis saepe exitiosa non ex uno propullent fonte, sed vel ex vulnera ipso, tanquam illius effectus emergant, vel, nullum cum laesione habeant commercium, aliamque extra hanc causam agnoscant: vel media sint, id est partim a vulnera, partim ab alia causa descendant: diligentissime omnes ac singulae expendendae sunt in laeso circumstantiae, & ex harum demum collatione, cuius generis sint illa individui praesentis cum iudicio decernendum. Hilla hinc symptomata quae mox solutam partis unitatem sequuntur, ad mortem usque sine via aut remissione aut intermissione, magnaque vehementia perseverant, & nec praecaueri nec mitigari possunt, itemque ea, quae vulnus quidem non illico, sed per duos, tres aut quatuor dies sequuntur, tarditatem tamen gravitate compensant, functiones membra sauciati turbant, adeoque veri effectus vulneris sunt, absolute lethalitatis iudicium confirmant, in primis si constat & aegrum & chirurgum partes suas peregrisse, nihilque intermisso eorum, quae ars in his casibus ab utroque requirit. Secus autem sentiendum est, si contrariae adsint rationes, & symptomata ex alia quacunque causa orta, omni cum laesionibus destruantur connexione.

## §. XXXIII.

Consideranda restat illa percussionum eruentarum conditio sive habitudo, intuitu cuius difficultimae illae cognitionis existunt. Euenit enim nonnunquam

vt vulnerum qualitas dignosci nulla detegique ratione queat, & expertiorum quoque prudentiorumque aciem & diagnosin quam accuratissime institutam effugiat, hoc ipso vero, cum ignoti nulla sit curatio morbi, medelam quoque ac sanationem impossibilem & propter curandi, lethale nulnus reddat. (§. 35.)

## §. XXXIV.

Superest ut de caussis non lethalis vulneris per accidens lethale facti paucula differam. Ex accidenti lethales reddi plagae solent 1) culpa aegroti, 2) neglectu & errore chirurgi, & 3) morbis subsequentibus. Virtus aegri id contingit, si vulnus ille negligit, tempestiuamque renuit curam, vel proprio eam aut fuscipit ausu, aut similiis artis committit, ac nonnisi virginete duro necessitatis telo, summo scilicet periculo, post varios demum ast inanes irritosque homuncionum istorum conatus & tot domestica aliaque minus congruentamina, adeoque serius, ad peritiores in arte prouocat. Sui quoque aeger ipse interitus culpam gerit, si tempestiu quidem Medicum & Chirurgum in consilium aduocat, ast dicto non audiens, aerem admittit frigidum, egreditur in publicum, in rebus item sex non-naturalibus aliis, in cibo & potu, motu, animi patematisibus, vigiliis, excretis & retentis, medicum imperium vel dictamen, vt par est, haud sequitur, sed obscurat, nec ea, quae monetur audit.

## §. XXXV.

Errore medentis illethalis laesio, lethalis evadit, (§. 44.) si ille aut ex incuria aut imperitia negligat vulnus, illudque prout artis est, haud deligeret, defendat, curetque, necessaria scilicet omittendo, malas alienasque medi-

medicationes committendo, & peruersum regimen sua-  
dendo aut permittendo. Omnis quoque culpa trans-  
ferenda in chirurgum est, si solus ille curam suscepit:  
solisque externis laesionum tractationibus nisus fuerit,  
internas vero a Medico ordinandas medicationes ne-  
glexerit. Antequam vero in his casibus aliquid decer-  
natur, probe prius perpendendum est, an iure etiam  
chirurgus erroris arguatur, & symptomata mortifera  
reuera illius sequelae sint, ut scolis sic & calumniatoria  
bus omnis obtrectandi praescindatur occasio.

## §. XXXVII.

Vitia subsequentia atque symptomata ex illethali  
vulnere lethale faciunt, si haec nullum cum laesione  
habeant commercium, adeoque ex alia caussa potius  
quam ex vulnere descendant & contrariae adsint ratio-  
nes (§. 42.) adeoque recensita ibi momenta desiderentur.

## §. XXXVIII.

Instituti nunc ratio postulat, ut his paucula de-  
intestinorum indole, structura, situ & vsu subiungamus.  
Denotant intestina unum rubum membranaceo, neruo-  
sum, septies vel octies homine, ex quo desumtus est,  
longiorem, miris plurimisque circumductum gyris, to-  
tum fere abdomen occupantem, mesenterique praeci-  
pue vinculo in ordine detentum, chyli perfectione, se-  
cretioni, transcolationi, aliinarumque excretioni fae-  
cum inferuentem, (princ. Anat. & Physiolog.).

## §. XXXIX.

Sed quanquam intestina tantummodo unicum a  
pyloro ad anum protensum canalem referant (§. 47.),  
tamen a tunicarum crassitie vel tenuitate, nec non a  
magni-

magnitudine , atque figura itemque vnu diuiduntur in tenuia, duodenum, ieiunum , & ileum, & crassa, coecum, colon , & rectum.

§. XXXIX.

Duodenum a duodecim digitorum transuersorum longitudine, quam aequare dicitur, ita vocatum, ab orificio ventriculi dextro, quod pylorum seu ianitorem nuncupant, ortum habet, factoque deorsum flexu recta fertur spinam versus, cuius vertebrae lumbaribus incubit, atque in latere sinistro, vbi anfractus intestinorum incipiunt tandem finem assequitur in intestino jeuno. Excipit ductus biliarium & pancreaticum, & valuulis connuentibus plurimis, sive rugis est instructum, in principio nullis, in progressu quam plurimis. Glandulas exhibet copiosissimas ab illustri inventore Brunnerianas vocatas, secretioni liquidi tenuioris saliuae simillimi dicatas. Tunicae habet crassiores & canitatem angustiorem quam tenuia reiiqua.

§. L.

Huic (§. 49.) succedit intestinum jejunum, ideo hoc nomine donatum, quoniam plerumque magis quam reliqua reperitur vacuum. Incipit hoc vbi circumvolui intestinum cepit (§. 49.), & totam fere regionem umbilicalem occupat, immo saepius illius fines superat, circulis seu valuulis dictis connuentibus quam pluribus & copiosioribus quam yllum aliud intestinum dotatum. An autem ibi sit finis ieiuni, haec vbi obliterantur valvulae, non dirimam ego, pergnarus, quod magnus circa hanc rem auctorum obseruetur dissensus, quodque finem huius & initium sequentis exacte determinare nec utilitas requirat, nec admittat

21

eat incertitudo. Illud verum esse vſu compri, quod longitudine ieiunum non eadem gaudeat, sed diversa in diuersis, & nunc 13. nunc 16. spithamas aequet, semper tamen brevius sequenti ileo deprehendatur. Interna eius facies ingentem glandularum exhibet numerum, quarum quaedam soliuagae nunc hic nunc illuc plus minusue dispersae iacent, quaedam vero coacer- vativum iuxta se posita arctissime & eum in modum cohaerent, quo racemis vuas adhaerescere videmus. Illae glandulae solitariae vocantur sive *Brunonianae*: hac plexus glandulosi sive glandularum *Peyerianarum* nomen gerunt. De plexu hoc illud notari meretur, quod in parte a mesenterio auersa potissimum & circa maiores intestini circumvolutiones conspicuator.

### §. LI.

Tertium in numero tenuum, omnium intestino- rum longissimum, ileum nuncupatur, aut a multitudi- ne gyrorum circumvolutionumque, quibus est pre- ditum, aut quia est in ossis ilei regione positum. Situm illud est in regione umbilicali, & quidem infra vmbili- cum, ieiunum ad ambo latera includens. Angustius est reliquis atque valuulis conniventibus prorsus desti- tutum, plures tamen glandulas in primis circa finem ha- bet, quem eo in loco inuenit, ubi crassa incipiunt in- testina & sinistro coli lateri singulari modo, ut valuula inde fiat, inseritur, quam valuulamcoli a loco, ab inuentore *Baubini* nuncupant. Initium ilei est in in- certo positum. (§. 50.)

### §. LII.

Sequuntur intestina crassa (§. 48.) inter quae pri- mum tenet locum coecum sive monoculum dictum,

D

quod

quod in altera tantum extremitate instar sacci perforatum sit. Tectum latet sub circumvolutionibus ilei ultimis (§. 51.) sub rene dextro ad os ilei dextrum & quidem marginem ejus anteriorem. Egregitur ex coeco appendix quaedam a figura vermisformis dicta, quae in gallinis duplex, in piscibus plurimis multiplex, in homine vero nonnunquam prorsus non reperitur, ac multas glandulas de genere solitariarum (§. 50.) praebet conspicieadas.

### §. LII.

Coecum (§. 52.) excipit colon, reliquis latius & amplius, longitudine quandoque vix quinque, saepius septem spithanas aequans. Exhibit hoc statim sub initium, ubi ileo coniungitur, valuulam oualem & horizontalem, ex pelliculis binis sibi inuicem oppositis, versus coli interiora spectantibus, efformatam, quae concidentes intestinum tenuerunt (§. 51.) occludunt, adeoque prohibent ne faeces in illud reuertantur. Incipit ibidem colon, ubi definit coecum (§. 52.). Posito vero initio assurgit colon versus renem dextrum, cui mediante ligamento paruo, peritonaei sobole, alligatur, dein, facto deorsum flexu, rursus sursum vehitur sub jecore, ubi cystidi annexum flavo eius colore tingitur. Hinc sub ventriculi fundo versus hypochondrium sinistrum & rem huius lateris procedit, cui iterdem ut & lieni, tenuis ligamenti ope, plus minusve adstringitur; tandem saepe valde coarctatum descendit ad vertebrae, ibidemque formato prius dupli circumflexu, figuram litterae romanae S quodammodo referente, in intestinum rectum definit, ita ut intestina tenuia circumdet arque includat. Tria illa ligamenta, quae secundum longitudinem

dinem coli decurrent, aliud nihil sunt, quam fibrae longitudinales & musculares, hinc illorum ope colonita corrugatur, ut plurimae cellulae & valuulae connuentes constituantur. In parte externa quae conspiciuntur appendices adiposae, lubricationi coli inferuiunt.

## §. LIV.

Vltimum intestinum ob rectum incessum etiam rectum appellari meruit. Oritur illud ad imam lumborum vertebram & supra os sacrum descendens in podicem sive anum terminatur. Connectitur ossi sacro & coccygis interueniente peritonaeo, immo etiam cum vesica in viris & vteri vagina in feminis. Longitudine palmas circiter duas aequat, crassitie vero & carnositate reliqua intestina superat omnia, extrinsecus pinguibus appendicibus ditatum. Valuulae ut in colo (§. 33.) nullae, rugae tamen plurimae plicaeque in interiore eius tunica obseruantur, irregulari ordine corrugatae, quas inter haud pauca haemorrhoidalium hiant ora vasorum. Praeter sphincterem duos musculos habet leuatores, quibus excrementa excernantur, aluique rursus porta claudatur.

## §. LV.

Lustratis breuiter intestinis singulis, tunicae quoque, quibus circumsepta illa sunt, lustrandae veniunt, in numero autem harum determinando non conueniunt sectionum Magistri; Ego nulli derogaturus eas saltem recensebo, quas veras tunicas esse omnes concedunt. Prima & extima communis audit, quam a peritonaeo plurimi, a mesenterio nonnulli propagatam tradunt, tenuissima illa est & succendentium membranarum

narum integumentum & fibrarum subiectarum longitudinalium quasi fulcimentum. Cohaeret cum subse- quente tunica beneficio elegantis cellulosi texti, cui RYVSCHIVS, refragantibus tamen aliis, tunicae cel- lulosae nomen imposuit.

### §. LVI.

Tunica secunda, qua intestinorum canalis inue- stitur, crassior priore est & penitus carnosa, hinc car- neae seu muscularis nomine iure dotata. Constructa est duplii fibrarum motricium serie, altera quidem exteriorum in rectum exorrectarum sive longitudina- lium, tendines a tunica extima mutuantur (§. 55.), al- tera interiorum annularium, mesenterique fimbriis tan- quam tendinibus insertarum. Piores tenuiores sunt, posteriores crassiores, quae intestina denso agmine cingentes, longitudinales ad angulos rectos quidem secant, non tamen in spiram contortae intestinum circuli in modum ambunt, sed tantummodo segmenta circuli constituent.

### §. LVII.

Excipit hanc (§. 56.) tertia, fibris nerueis ac ten- dineis eleganti spectaculo pertexta vasorumque sangu- neorum ac acinorum glandulosorum minimorum co- pia insignis, quae, cum reliquis multo sit amplior, in- varias plicas & inaequalitates ab illis super extensis contracta, interioris superficiei ambitum haud parum augendo, ampliorem reddit.

### §. LVIII.

Cum tunica haec (§. 57.) prae reliquis exquisitiore sensu gaudeat, crusta quadam villosa obducta est, quae ex propagatis a dicta modo neruea densissimis vasorum sangu-

sanguiferorum ramulis oriunda, totaque ex fistulis & plexibus glandiformibus composita, non solum nerueam tunicam aduersus humorum affluentium acrimoniem mutat, sed & succo e glandularum apicibus defluo intestinis laevigationem & transiungi chyloso succo dilutionem praestat. Villosa haec crusta, cum per immersionem in aquam feruentem aut vini spiritum indurescat, haud immerito vera & quarta intestinorum tunica habetur, cumque illa insuper principia vasorum lacteorum sustineat, inter quoque percolationis organa non aclar. HEISTERO aliisque salutatur.

## §. LIX.

Inter hanc (§. 58.) & praecedentem nerueam (§. 57.) substantia quedam cellulosa animaduertitur, flatu detegenda, cui clarissimus ALBINVS tunicae cellulosae nomen indidit. An autem fibrae cellulaeque hae nomine tunicae cellulosae vel potius substantiae cellulosae promereantur, non dirimam ego, haud tamen immemor canonis illius, qui entia praeter necessitatem non esse multiplicanda suaderet.

## §. LX.

Adhaec vasis etiam copiosissimum prospectum est intestinis, quae in ramulos inumeros ac minutissimos distributa, intestina densissime obtexunt, atque membranas inter eorum dispersa, in tunica nernea terminantur, tot enim ea arteriosis venosisque ductibus, quot pars aliqua corporis humani, instructa sunt, iravit nullum in iisdem, nec minimum conspicendum punctum sit, in quo non reperiantur yasa, latice vitali repleta, docent hoc iniectiones. Intestinis tenuibus sanguinem aduehunt arteriae mesentericae superiores, ele-

D. 3. manusq. suorum B. 1. gan.

gantissimo reptratu omnes illorum prouincias peragran-  
tes harumque partibus cunctis bona sua ex aequo di-  
stribuentes. Duodenum autem sicuti singulare & di-  
uersum a tenuibus reliquis officiis habet, ita & hoc  
sibi peculiare vindicat, vt simul ramus ab arteria coe-  
liaca descendens ad illud proficiscatur. Crassa arterias  
suas in primis nanciscuntur ab arteriis meseraicis inferio-  
ribus, mirabili artificio illa perreptantibus; Ad rectum  
autem praeter has arteriae hypogastricae quaedam pro-  
pagines, haemorrhoidales externae dictae, tendunt, ad  
differentiam illarum arteriolarum, quae meseraicae in-  
terioris filiae sunt, & nomine haemorrhoidalium inter-  
narum gaudent. Has venae comitantur meseraicae  
cum superiores, tum inferiores, a dextro venae portae  
ramo oriundae, ac infinitis elegantissimisque anasto-  
mosibus cum prioribus iunctae. In primo autem te-  
nuum, & ultimo crassorum, praeter haec vasa adhuc  
alias venas deprehendimus. In duodeno venam duo-  
denam, a trunco venae portae profectam, in recto ve-  
nas haemorrhoidales externas, a vena hypogastrica de-  
scendentes.

§. LXI.

Neruos intestina accipiunt a pari octauo, quod  
yagum vulgo vocatur, quoniam ramificationibus suis  
totam medii & infimi ventris cauitatem peruagatur,  
quibus notabiles quoque paris intercostalis surculi oc-  
currunt, & cum prioribus iuncti in communem vsum  
conspirant, vt inde non sine ratione consensum inte-  
stinorum, cum cerebro, corde, pulmonibus & omni-  
bus fere infimi ventris incolis periti deducant. Nerui  
tenuem illum succum aduehunt, cupis influxae fibrae  
(§. 56.) potissimum animantur variosque pro diuersa sui  
structura motus producunt.

§. LXII.

## §. LXII.

Structura intestinorum euoluta, ordo memet ad contemplationem vsus ducit, quem hisce absolui momentis deprehendimus. 1) Ceptam in stomacho digestionem continuant & affluentium succorum in primis bilis ope perficiunt. 2) Secretionem chyli a faecibus absoluunt, illum vasis lacteis infundunt, has vero ad intestina crassa propellunt, ibidemque colligunt, & suo tempore eliminant. Quicquid autem boni afferunt corpori id omne motu praefstant.

## §. LXIII.

Scilicet intestina, ea, quam contemplati sumus, partium varietate constructa, assiduo quoque perenni- que motu agitari animaduertimus, idque vi admirabi- lis fabricae. Secundam nempe tunicam duplici fibra- rum carnearum motricium ordine contextam esse ex- posuimus (§. 56.). Agitatis autem fibris annularibus, vnum veluti helicalem musculum componentibus, af- fluxuque sanguinis calidi & spirituosi, in primis nervosum liquidi, (§. 61.) turgidis & animatis, iisdemque super- impositis longitudinalibus, intestina tum secundum lon- gitudinem, tum profunditatem nunc coarctantur, nunc distrahabuntur atque vndante quadam agitatione, atque reciprocae dilatationis & constrictiois successio motu & vermis aut lumbri ci instar terrestris repentis, a su- perioribus ad inferiores partes sensim sensimque mo- uentur. Leni equidem, molli, miti, atque placido mo- do, non sentientibus nobis, instituitur peristalticus mo- tus, validus tamen ille fortisque est, actibus respira- tionis adiutus, in primis diaphragmatis reciproco motu deorsum descendente, viscera abdominisque leniter &

con.

continuo comprimente, vique musculorum abdominalium.

### §. LXIV.

Tempestivum nunc est, vt, quid de lethalitate vulnerum intestinalium sentiamus, paucis declaremus, antequam vero id effectum demus, de signis, quibus cognosci intestinalium vulnera, & methodo qua curari ea possint, brevissimis agemus. Efficit equidem tum profundus intestinalium ac anfractuosus situs, tum motus continuus ac peristalticus (§. 63), ut laesiones eorundem in primis tenuium, non nisi summa difficultate cognoscantur, interim ictum esse intestinum quoddam discimus 1) stilo & situ: 2) iniectione: 3) considerata causa vulnerante cum ampliacione & natura vulneris: 4) symptomatum grauitate, pallore, sudore frigido, lipothymia, vomitu, dolore acuto, conuulsione: 5) contentorum chyli, faecum effusione: 6) egressu interiori laesi.

### §. LXV.

Certior autem hisce (§. 64.) de vulnere in intestinalis chirurgus factus, in eo industriam omnem & operam ponere debet, ut locum intestini laesum, ea, qua decet, circumspectione detegat, detectum ad externum vulnus blande & prudenter adducat, illudque, si angustia eius huic obsistat operae, decenter, si opus est & per symptomata ac haemorrhagiam licet, dilatet, & producitum circumspete intestinum foramini vulneris assuat ne regrediatur, illud & in cauum se abdominis abscondat, & ut hac ratione applicatio medicamentorum & egressus contentorum facilitetur, horum vero profusio in abdomen prohibeatur. Veteres quidem in his casibus

casibus enteroraphiam commendant, sed recentiores e-  
andem ob symptomata, quae afferre solet, dolorifica,  
inflammatoria & conuulsiva & praecipue ob euentum  
nihilominus funestum, haud immerito reliquunt. Con-  
solidationis ergo negotium naturae relinquendum, a  
medente vero illud vulnerariis remedii, cum internis,  
tum externis, nec minus iis, quae inflammationi resi-  
stunt, ac symptomata aut mitigant aut praecaudent,  
itemque rara deligatione, adiuuandum est. Commendari  
hunc in finem solent venaesectio largior, si nihil adsit  
quod obstat, clysmata in principio ano iniecta, si crassa  
illaesa. Vulneratus blande viuat solis carnium inscu-  
lis contentus, blande respiret, quietus & paulo in-  
curuatus iaceat, capite & pedibus paululum elatis, &  
ita sit positus, ut materies extrorsum deriuetur, dein ani-  
mi affectus evitantur omnes. Egressum per latum vulnus  
illaesum intestinum, souendum ac reponendum est: per  
paruum autem exiens foramen, tumens flatu, inflam-  
matione, faece, regredi nolens, fotu, punctu, dilata-  
tione vulneris, reducendum est: intestinum plane di-  
scissum exposcit ut extremitas illius superior, vel spon-  
te se offerens, vel prudenter adducta, cum externa lae-  
sione paululum consuatur. Extremitates denique in-  
testini discissi, si iam in corruptionem abiissent, disfe-  
centur.

### §. LXVI.

Tantum est, quantum ars, quae succurrere lae-  
sis solet, hisce in casibus (§. 65.) medicaminis afferet  
auxiliique. Nihilominus paucissimi ex intestino-  
rum vulneribus eudunt, & omnes fere fato succum-  
bunt. Vulnera enim quae partes nobiliores & ad vitam

E

neces-

necessarias laedunt (§. 21.) 2) chyli secretionem & motum a l cor impeditunt (§. 29.) 3) partes membranofas, tendineas, neruofas, & vasculofa gaudentes struetura percutiunt, adeoque grauissima excitant symptomata, & enormes & incompscibiles haemorrhagias producunt (§. 34. & 35.), 4) quae visceribus infliguntur, quae cum organis nobilioribus & vitae necessariis iuncta sunt communione hacque ratione lethifera pariunt symptomata (§. 36. & 42.) 5) quae partes tangunt, quibus ob situm profundorem & ab extensis remotum, ars medicamentis succurrere negavit (§. 35. & 42.), lethum afferre supra diximas, in primis si pars laesa quiete omni destituta, propter continuum quo gaudet motum, consolidationem omnem respuat (§. 39.). Iam vero intestina membranacea (§. 47, 55. & 56.) nerueaque (§. 57.) gaudent structura & vasculis nonsolum copiosissimis (§. 60.) sed & glandulis innumeris tenue secernentibus serum (§. 49, 50, 51, 52, 53, 57, 58.) praedita sunt, adeoque laesa eadem, cum fibrae membranaceae neruofae dissectae retrosiliant, atq; in se coeant, recedentes vero trahant tanto plus reliquas, vt & canales vasorum, quanto plures disruptae fuerint, & vasa praeterea eas cingentia arctent, grauissima subsequuntur symptomata, dolores acutissimi, inflammations, convulsiones, enormes humorum ac incompscibiles profusiones (§. 34.): 2) chyli elaborationem & secretionem absoluunt, hinc conseruandae vitae inseruent (§. 62.) 3) arctissimi consensus iure cum visceribus nobilioribus cohaerent (§. 61.) hinc vulnerata lethibus obnoxia symptomatibus existunt (§. 36.) 4) in perpetuo, blando quidem ast valido, motu constituta sunt (§.

(§.63.) & 5) situm obtinet profundum, anfractuosum, ab exterioribus remotum (§.47.) & omnem ad ea aditum praecludentem, adeoque & laesionum cognitionem & curationem impedientem (§. 44.). Hinc hisce innixus rationibus concludo, intestinorum vulnera per se lethifera existere, quod 1) propter partis sensibilitatem & vasculosam structuram grauissima symptomata, conuulsiones, inflammationem, gangraenam, haemorrhagias nulla arte superabiles, pedissequas habeant: 2) nobili officio fungantur, chyli scilicet perfectionem, & distributionem absoluant: 3) a contentis suis ac flatibus distendantur, & motu peristaltico septique transuersi descensu ac muscularum abdominalium reciproca compressione perpetuo exerceantur, hinc difficulter coalescant: 4) chylum, faeces, albos, rubros, puros impurosque humores nulla arte educendos ad aqualiculum profundant: nec 5) remedia sibi rite applicari patiantur.

### §. LXVII.

Tenuum quidem intestinorum plaga vel ideo magis exitiosas existere, quod nobilior eorundem actio videatur, chyli scilicet perfecta elaboratio & secretio, quod texturae tenuioris sint, difficiliusque longe coalescant crassis, quodque maioribus & copiosioribus vasis sanguinibus & lacteis, glandulisque instructa deprehendantur, concedimus. Nec tamen, iudice *doctissimo* & *nunquam sine elogio commemorando* a) BOHNIO crassorum functio sordidior, quam in colligendis & egerendis stercoribus praestat, talis est, quae sine vitae certo disserimine per vulnus frustrari queat: neque facilitas & diffi-

a) *l.c. p. 258.*

cultas coalescendi ex vulgi hypothesi a substantiae  
 diuersitate dependet, sed ex situs disparitate, per  
 quam colon per maximum sui tractum, ambitui ac ve-  
 lamentis abdominis externis non tantum contiguum,  
 sed continuum quoque, deprehenditur, tenuibus pro-  
 fundius reconditis atque implicatis (§. 53.). Licet enim  
 non desint casus in quibus colon vulneratum cum in-  
 fimi ventris integumentis ita coaluit, ut, interno vul-  
 nere cum externo abdominis concreto, aut hoc pro-  
 execretione faecuna aperto manente, vulnerati vitam  
 quidem vixerint, sed sordidam, ob foetorem egressu excre-  
 mentorum excitatum: attamen & coli quoque crasso-  
 rumque intestinorum ab externis tegumentis remo-  
 torum ictus, qui praedictos effectus (§. 20.) edunt,  
 ob functionis laesioinem (§. 21.), situs profunditatem (§.  
 35.) motus perennitatem (§. 39.), excrementorum in cor-  
 poris cauum effusioinem (§. 29, n. 6.), & curandi impossi-  
 bilitatem (§. 44.), mortem, non repentinam quidem,  
 inducunt, sed post aliquot demum tempus (§. 40.),  
 ob sensim factam humorum extillationem corruptio-  
 nem, cum morte, inferentem (§. 29, n. 6.). Quemadmodum enim laesiones tales in debilitioribus cito  
 semper excipit mors, ita in robustis eam ad plures  
 saepe dies protrahi exemplo autochiris ante quatuor  
 annos in theatro nostro anatomico dissecti, addidici,  
 qui licet aperto sinistro abdominis latere, & extracto  
 intestino ieiuno, duas ab hoc partes, obtuso cultro re-  
 scidisset, & alteram quidem quatuor circiter transuerforum  
 digitorum longitudine, alteram vero breuiores,  
 in quintum nihilominus ab inflictio vulnere diem super-  
 stes fuit, viribus adeo quoque sibi constantibus, ut e le-  
 sto

Et o absque adiutorio alieno surgere, vrinam reddere al-  
uumque deponere potuerit.

§. LXVIII.

Diuisionei vulnerum intestinalium , qua in vulnera  
tenuum intestinorum & crassorum dirimuntur , aliam  
adiungunt distinctionem , qua in vulnera superficiaria  
& penetrantia, magna & parua, longitudinalia & trans-  
uersalia discernuntur (§. 27.), adeo quidem, vt superficiaria  
parua & recta periculosa tantum , penetrantia vero ma-  
iora, ac transuersalia per se lethalia pronuncient, quas  
in tantum quidem admittimus , in totum vero conce-  
dere eo minus possumus , quo magis constat ab exiguo  
quoque intestinalium vulnero ob vasorum copiam ( §.  
60.) laesos mori (§. 31.), nec ad conglutinationem trans-  
versalium fibrarum efficaciora remedia quam ad consoli-  
dationem longitudinalium requiri. Illud certum est, vul-  
nera sphaerulis plumbeis illata periculosiora esse , p[re]e  
illis , quae instrumentis secantibus & haec p[re]e illis , quae  
punctum infliguntur , siquidem haec interdum obli-  
que inter tunicas progrediendo in cau[m] intestinalium  
penetrant, vnde vulnuscula talia citius concidunt , &  
consolidantur, effusione contentorum impedita.

§. LXIX.

Hae sunt regulae generales , quibus in diuidan-  
dis intestinalium vulneribus vrimur. In determinanda  
autem vulneris specialis & individualis lethalitate opus  
est , ut ante omnia sectio legalis atque inspectio , ab  
erudito & conscientioso Medico instituatur , quando-  
quidem ante sectionem , nec vultus nec qualitas eius-  
dem cognosci rite diuidicarique potest. Peracta autem,  
ut arris est , sectione , laesi quoque constitutio , cura ,  
vulneris instrumentique laedentis qualitas ac vulneran-

E 3 tis

tis ipsius persona consideranda (§. 30.), ac hisce probe accurateque penitatis & rite inter se collatis iisque non separatim sed coniunctim sumis sincerum demum sanctumque, de vulneris lethalitate, iudicium pronuncian-  
dum. Sufficere haec pro instituti ratione & virium mo-  
dulo possunt. Ceterum operae pretium esse existimau-  
si ad confirmanda ea, quae de vulnerum in intesti-  
nis lethalitate differui, responsum quoddam Gratiosae  
Facultatis Medicae, in hac Ludouiciano, cum praemissa  
facti specie, hic adiicerem.

### *Responsum*

Deinach Uns Decano, Doctoribus und Pro-  
fessoribus &c.

#### SPECIES FACTI.

Ist J. P. C. ein Schlossergesell von 22 Jahren, in dem H. Stadt-Wald, die Hardt genannt, von W. L. einem Besser-Knecht, mit einem Hirschfänger, in den Unterleib gestochen worden, daß er alsbald rücklings zur Erden gefallen, und eine Zeitlang Sinn- und Sprach-loß gelegen, endlich aber nachdem ihm einige der Anwesenden, im ersten Schrecken das Halstuch, nebst denen Armlein, losgemacht, Schuh und Strümpff ausgezogen, das Gesicht, die Brust, Hände und Füsse, in gleich die Wunde gewaschen, das Halstuch um den Leib gebunden, und Zunder in die Wunde gelegt, wieder zu sich selbst gekommen. Als man ihn aber aufzuhaben, und nach dem Fußpfad führen wöllen, ist er auch wieder nieder gesunken, und also auff dem Rücken und der kühlen Erden, in der schädlichen Nachtluft, so lange liegen blieben, bis man eine Leiter herbeigeschafft und selbigen darauf nach H. in seines Bruders Hause gebracht, worüber anderthalb oder wie andere aussagen, eine gute Stunde verschlossen, und dem Verwundeten, weilten die Wunde die ganze Zeit über, da er also gelegen und weggetragen worden, mit starkem bluthen angehalten, eine grosse Menge Bluths und so viel Kräften

Kräften entzangen, daß ihn der herzugeruffene Medicus und Chirurgus ganz kalt, blaß und sehr schwach angetroffen. Ob nun diese zwar alles dasjenige fleißig bejorget und in acht genommen, was die Kunst in dergleichen Fällen zu beobachten befielet; so haben sich doch allerhand schlimme Zufälle als ein Wind-Gieber / conatus vomandi, heftige ructus, singultus, Schmerzen unter dem Nabel, sub osse pubis, in vrethra und dem linken Bein, nebst Bangigkeit und Hergangs-Angst und einem wirklichen vompten einzestellt und aller angewandter Treue und Sorgfalt ohngeachtet immer mehr und mehr und so zugenumommen, daß darauf ein starkes und anhaltendes delirium und der Todt selbsten, den zweyten Tag nach der Verwundung erfolget. Bey der, an dem entseelen Körper, darauf vorgenommenen section, haben sich 3. Wunden gezeigt. Zwey davon waren an dem linken Arm, die dritte, grösste und wichtigste aber in inguine sinistro, eines guten Daumens breit unter dem margine ossis ilei und dessen spina anterior & superiore, durch das Peritoneum gegangen, und hatte die Aponeuroses einiger musculorum abdominalium welche sich der Spinae anteriori dieses Beins in superioren scharf entzwey geschnitten, an dem intestino ileo aber die äußere tunicam desselben, in parte a mesenterio aversa, illae-  
sis reliquis, zweymahl verlehet und transuerst von einander separaret, daß sich das abgeschaltete in der äusseren Wunde præsentiret. An dieser Verlezung war dieser Darm, gleichwie auch an vielen andern Orthen, stark inflammirt, sphacelit und seine tunica exterior voller kleiner Blählein und gleichsam wie zerfressen. An denen intestinis reliquis als dem duodeno, ieiuno, coeco, colo & recto, ja auch denen orificis ventriculi und dem fundo vesicae hat man gleichfalls signa inflammationis und öfters Hand breite schwarze Flecken wahrgenommen. Die übrige viscera aber, tam abdominis, quam thoraci, gesund, wohl constituit und ohne allen Mangel, desgleichen alle vasa maiora nervo a, sanguinea ac chylosa unversehrt, gleichwohl aber 13. Loth und 3. quentl. einer materiae sanguineo-purulenta in cavitate pelvis gefunden: Alles nach Innthalte derer uns geschickten actorum und relationis Medicae.

Ob

Ob nun wohl 1) die an dem linken Arm gefundene und  
in viso reperto beschriebene Wunden gar wohl zu curiren gewes-  
sen. 2) Aus erfahrner und bewährter Medicorum Schriften  
hin und wieder exempla hergebracht werden können, da sehr gross-  
se und gefährliche laesiones derer Därmen, so wohl tenuum, als  
crassorum, glücklich geheilte worden, wie dergleichen BOHNI-  
VS de vuln. lethal. p. 147. aus des BLEGNY Zodiac. Gall. und  
FERNEL. Pathologiae ansühret / auch anderer nicht zu gedenken,  
welche ALBERTI in Jurisprud. Med. Part. I. p. 333. allegiret /  
und bey MANGETTO Bibl. Med. Pract. p. 1155. zu finden. 3)  
Nur die vulnera intestinorum magna ac penetrantia . nicht aber  
parva und superficialia , vor lethal gehalten werden, mithin 4)  
gegenwärtige Wunde um do weniger vor gefährlich, geschweige  
ködlich zu achten, weilen solche 5) nur die exteriorem intestini  
ilei tunicam berühret , keines weges aber in die cavitatem des  
Darms eingedrungen , 6) auch keine notable Blutgefässe und  
andere, worauf doch gar vieles in determinatione lethaliatis an-  
kommt / beschädiget, der defunctus hingegen 7) bey kühler A-  
bendluft eine ziemliche Zeit auf dem Rücken und feuchter kalter  
Erde gelegen und geblühet , ihm 8) noch über dieses, von ei-  
nigen Anwesenden, das Gesicht, die Brust, Hände und Füsse, ins-  
gleichen die Wunde selbst mit 2. Huth voll , in der ersten Angst  
und Schrecken herben geholtem Wasser gewaschen , darauf 9)  
in einem blossem Camisol / auff einer Leiter , eine viertheil Stun-  
de Weges getragen worden. Demnach 10) eine geraume Zeit  
und wo nicht anderthalb doch wenigstens eine gute Stunde ver-  
flossen , bis er verbunden und das gehörige regimen beobachtet  
werden können , solcher gestalten aber , da es an schleuniger und  
nöthiger Hülfe gefehlet, theils dem heftigen und immer , auch  
noch währendem Begtragen, angehaketen Bluthen , aus Man-  
gel des erforderlichen Verständes, nicht gehörig begegnet und ge-  
steuert werden mögen , theils 11) durch die kühle Nachtluft und  
das Lager auff feuchter Erden , vornemlich auch das Waschen mit  
dem kalten Wasser, der habitus corporis constringiert worden,  
dah sich also das aus denen jerschnittenen Adern fließende und aus-  
getretene

getretene Blut in den Unterleib in grösserer Menge sammeln / und dadurch die stasis sanguinis inflammatoria , in partibus in- primis laesis , nur wachsen und zunehmen , die natürliche Wärme und Kräfften hingegen sich gar mercklich verlierhen müssen , wie dann der Herr Physeus auch 12 ) den vulneratum , bey seinem ersten Besuch , ganz kalt , blau und sehr matt angetroffen , dabey er unterschiedentlich über starken Frost cum aliquali corpori concussione coniunctum , grosse Schmerzen und Brandt um das Herz , den Nabel , in der Harnöhre und starke ubelkeit gekla- get , und nach denen östern ructibus und conatibus vorneadi würcklich und so oft ihm wieder ructus aufgestiegen vomiret .

Democh aber und dieweil 1.) die zwey Arm - Wunden nicht allein sondern darbey auch einen starken Bauch- und Darm - Wunde vorhanden gewesen . 2.) Von einem und dem andern exemplel glücklich curirter Dara . Wunden auf alle und jede , wieder die Regeln der natürlichen Logic , nicht wohl geschlos- sen werden , das auch , was zuweilen , obgleich sehr selten , sub concursu plurium ad salutem tendentium cauillarum , geschehen , bey denen Medicis vor kein gewisses und allgemeines Gesetz gela- ten kan , indem es sonstengar keine vulnera absolute lethalia geben würde , weilen nicht leicht ein viscus , auch unter denen edelsten vor- handen , daran nicht zuweilen eine Wunde glücklich geheilet wor- den , dahero der ehemahliege hochberühmte Lehrer der Archeney- Kunst auf der Jenaischen Vniuersitaet , Dr. Georg Wolfgang Wedel in seiner disert , de fundament. lethalitat. vulnerum p. 17. §. 28. sich hiervon also vernehmen lässt : Referenda illa suar inter ratiō & contingentia , ex diuina quidem voluntate , a quibus non licet facere inductionem , utpote a particulari aliquo ad vniuersale . Vti enim centum veneno potionatis , si v- nus euaserit , nemo inducetur , vt credat , innoxium & sibi fore venenum : vti ex vicino , fähret derselbe fort / monte Dornbur- gensi , inter praecipites actos plures equites , vt constans est an- nulium relatio , vno rubicidine saluo evadente , nemo id praecipi- tium affirmauerit innoeum : ita & hic se res habet . Hinc non

de nihilo quidem est, sed operaे premium, & illa annotare & in fastos medicos referre: ast cum grano salis potius illa legenda, cum pia reverentia diuini numinis, quam temeraria illatione.

3.) Die dßtere und vielfältige Erfahrung bestärcket, daß sehr wenige, bey Verwundungen derer Därmen, wann solche auch noch so klein / schlecht und geringe gewesen, ihr Leben zur Ausbeute davon gebracht, indem die intestina tenuia propter substantiam membranaceo-nerueam tenuioram gar empfindlich / daher sehr leicht denen schwersten Zufällen, als inflammationibus, gangraenae sphacelo &c. unterworffen, und da sie gemeinlich von Winden sehr aufzutrieben und dabei in steter und beständiger Bewegung sind, zur Heilung einer Wunden aber die Ruhe vornemlich erfordert wird, sich nicht heilen und consolidiren lassen, mit hin auf die Distinction derer vulnerum intestinorum inter parua & magna, superficialia & penetrantia in Beurtheilung und determinatione lethalitatis nicht soviel, als wohl öfters geschiehet, zu bauen, moriuntur enim vulnerati a vulnera intestinorum tam exiguo ut acu punctum esse videatur.

TEICHMEYER, Instit. Med. Legal. p. 222. 4.) In gegenwärtigem casu die düstere tunica des intestini ilei, an zweyent-Orthen, mehr und weniger / nach der im Sections-Scheir beständlichen, secundum doctrinam anglorum eingerichteten accuratiss. Mathematischen Beschreibung, abgeschlehet / das wenige Theil aber dieser tunicae, so noch an denen übrigen Häutlein zwischen diesen beiden lahsionen, festgehangen, stark zusammen, voller Lbhergen und wie zusreffen gewesen,

relat. med. p. 8.

das abgeschiedene aber in der äussern Oeffnung der Wunden gelegen.

vid. ead. relat. med. p. 7.

5.) gedachter Darm unter die dünnen gehöret / von deren Wunden schon Celsus schreibet: Seruati non potest cui aut ieiunum

num aut tenuius intestinum vulneratum

Libr. 5. de Medicina cap. 26 p. 283. edit. Alm.

conf. quoque BOHNIVS l. c. p. 257. tq. edir. in 80

die Separatio harbey 6.) transuersaliter geschehen

relat. med. p. 8.'

vulnera intestinorum transuersalia aber 7.) nach der Meinung vieler Auctorum, alter und neuer / weit gefährlicher als longitudinalia sind

BOHN. l. c. dicitur quod non solum invadit viscera, sed

SEBIZ. Exam. vsln. P. III. §. 77.

SENNERT. Prax. Part. 4. L. 5. cap. 3. '8.) Nicht wohl

möglich und um so weniger zu begreiffen, wie durch einen in dem größten Zorn und Wuth mit einem Hirschfänger angebrachten toll-blinden Stich, diese cruxia so genau und eben abgeschieden werden können / dass die darunter liegende Haut unbeschädigt geblieben und nicht auch, wennstens einiger massen, zugleich mit verletzt worden / Da eine solche accurate Absondierung nur erwehnter äußern Haut des intestini flei, an einem frischen Darm, auch suspensa manu und mit dem größten Fleiß und Vehutsamkeit so gar leichte nicht zu erhalten. 9.) Dergleichen Wunden auch ohne Verletzung grosser und notabler Nerven und Blutgefäßen nicht wohl geschehen können, und das dieses auch hier einschlage, aus vielen Umständen ganz deutlich und offenbahr zu erschen, indem 10.) auf diese dem C. angebrachte blessur, sogleich eine starke haemorrhagia erfolget, / das ihn testis 23. sehr blutihen schenkt, testis 25. voller Bluth in seiner Brüder Armen angetroffen und testis 21. die Wunde wegen des vielen Bluthens nicht finden können. 11.) Hembd und Kleider vom Bluthe ganz naß gewesen / die vehementa haemorrhagia 12.) nicht allein die lange Zeit, da defunctus im Walde gelegen, sondern auch währendem Wegtragen, nach dem selbst eigenen Geständniß des Herrn Medici

vid. relat. Med. p. 2.

continuaret, also 13.) gar nicht zu verwundern, daß er bey  
 dem starken Abgang des Geblühs, und dadurch verlohrnen  
 Kräften, kalt, matt und blaß auszusehen, über dieses 14.) bey  
 der nach dem Tode angestellten Section annoch 13, Roth und 3.  
 quentl. materiae sanguineo-purulenta in cavitate pelvis ge-  
 funden worden; sodann 14.) der defunctus gleich nach empfan-  
 genem Stich rücklings zur Erden gefallen, und eine gute Zeit  
 sprach und Sinn-loß geliegen, auch nachgehends / da Er  
 wieder zu sich selbst gekommen, auf kein Bein mehr treten kön-  
 nen, sondern bey dem Aufheben gleich wieder zu Boden gesfa-  
 len, auch 15.) über Schmerzen und Brand um den Nabel,  
 sub-oste pubis in urethra &c. geplagt, und nach dem Tode der  
 Unterleib sehr auffgelaufen und das Icrotum eines Kindes Kopf  
 dick excediret und schwarz befunden worden. 17.) Prope pro-  
 cessum superiorem spinae anterioris ilei, wo der facal Stich  
 eingebrungen, sehr notable vasa benderley Gattung herunter lauf-  
 fen / folglich 18.) aus diesem allem ganz klar und deutlich er-  
 hellet, daß intigna, sowohl nervosa als sanguinea vasa abdo-  
 minis & intestinorum beschädiget, und die nah gelegene Theile,  
 per consensum um so mehr mit beleidigt worden / wosil auch  
 die aponeuroses derseligen muscularum, welche sich der spinae  
 anteriori ossis ilei inserirent / scharff entzreyt geschnitten worden,  
 von deren Verlegung eben das gilt, was von der textura  
 derer Därmen und daher entspringenden sensibilitate und schweren  
 tödlichen Zuständen gesaget worden. Und wann auch 19.) wie-  
 doch aus angeführten Ursachen unglaublich / keine grosse vasa, son-  
 dern nur allent einige kleine vascula des blässirten ilei zerrissen und  
 zerschnitten worden / es doch auch 20.) bey solchen vulneribus  
 intestinorum nicht anders geschehen können, als daß unter denen  
 actibus respiratoris, sub alterna abdominis compressione & dia-  
 phragmatis complanatione, sondaich aber dem stets fort dau-  
 renden motu intestinorum peristaltico, Bluth, aus den beschä-  
 digten Adern, ausgepresst, folglich einer stasi inflammatoriae  
 gangraenae, sphacelo, und andern, bey dergleichen Verum-  
 dungen, sich ohne hin, propter partis sensibilitatem & procli-  
 vitatem

vitatem ad corruptionem, gerne einstellenden symptomatisbus  
 nur noch mehr Anlaß und Gelegenheit gegeben, und die allschon  
 vorhandene Gefahr noch um ein gutes vermehret worden, weil  
 man zt.) zu der Wunde nicht gelangen, dahero solcher weder  
 remedia mundiscaitia und consolidantia, noch auch injectiones  
 appliciren können, und wann man auch zz.) einen freyen Zu-  
 gang zu derselben gehabt, und ihr mit denen nothigen Arzneien  
 en zu Hülfe kommen können, der Entleite über dieses, mit als-  
 ler Gemächlichkeit, sogleich nach der unglücklichen blesfur, in  
 sein Quartier gebracht, und der Medicus herbei gehohlet wor-  
 den, dem allen ohngeachtet zz.) dennoch aus oben num.  
 2. bereits angeführten Gründen, nehmlich propter neruo-  
 sam intellitorum tenuum substantiam, situm anfractuolum  
 & implicatum, proclivitatem ad corruptionem und hauptsächlich  
 motum peristalticum continuum, keine conglutination und con-  
 solidation zu hoffen/ mit folglich zz.) und da die in ventre infi-  
 mo hemeretica Materia Sanguineo - Parulenta, durch keine Kunst/  
 ausgeführt werden indgen eine adynamia curandi, eine der Haupt-  
 Ursachen lethalis absolutae, vorhanden gewesen. Ferner zz.)  
 in der Cur kein Fehler vorgegangen/ gleichwohl aber zz.) als-  
 ler von dem Hrn. Medico angewandter treu-fleigigen Sorgfalt  
 ohngeachtet ein schlimmes Symptoma nach dem andern / als ein  
 Wund-fieber/ heftige conatus vomendi, ein Brand und  
 Schmerzen um den Nabel/ in recthra, anxierates praecordiales,  
 singultus, vomitus, excretiones vrinae c faciem involuntariac,  
 graue & concinnum delirium cum moribus iactibundis und end-  
 lich zz.) bei nie angescheineter Besferung der Todt selbsten und  
 zwar sehr frühzeitig/ nehmlich den zweyten Tag alshom eingefun-  
 den. zz.) Der Defunctus ein starker und gesunder Mensch/ und  
 seine Viscera ohne aller Mangel und wohl beschaffen gewesen/ an  
 denen laedlicem Theilen hingegen zz.) und denen welche propter  
 viciniam & consensum mit gesitten/ eine tödtliche inflammation und  
 sphacelose corruption wahrgenommen worden: soinemach  
 hier zo.) gilt wgs ALBERTI in Jurisprud. Med. P. I. p. 333. schreis-  
 bet: illa vulnera, quae vel verumque latus transversaliter pe-  
 netrant,

nerrant vel nervosam illorum partem & vasa sanguifera violant,  
vel locum vbi ars succurrere non potest attingunt, siue intestina  
tenuia siue crassa fuerint, absolute lethalia existunt, und alles auf  
unsern casum applicabel ist/ wann es in D. VATERI distet. de  
vulneribus intestinorum thes. VII, pag. 22. also heisset: que-  
cunque adeo vulnera intestinorum compagem destruunt, & gra-  
uiorem vasorum sanguiferorum atque nervosorum laesionem effi-  
cient, ita, vt effusio sanguinis copiosa, nulla ratione sistenda,  
aut inflammatio & sphacelatio subitanea, & convulsiones sub-  
secutae, vitae terminum breui inducant, lethalia per se omnino  
dicenda erunt. Idque tanto magis, si situs horum vulnerum pro-  
fundus, & a loco externo remotus, omnem medicamentorum  
applicationem denegat: So können Wir/ nach allm diesen Um-  
ständen/ nicht anders sagen/ als daß diese/ bei dem Defuncto  
J. P. C. gefundene und in vilo reperio weltläufig beschriebene  
laesiones absolute lethales gewesen / wie Wir sie dann davor  
halten und erkennen. Dieses alles / wie es in principiis  
artis gegründet/ also haben Wir es, auf Begehrhen/ ohnverhal-  
ten und mit Unserer Facultaet Taxisiegel bekräftigen wollen. So  
geschehen Gießen den 28. im Aug. An. 1737.

P. 322  
D  
Decanus, Doctores und  
Professores Ordinarii  
(L.S.) der Medicinischen Fa-  
cultät hieselbst.



V  
D  
18

**ULB Halle**  
007 662 947

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1763, 1  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
DE

# VVLNERVM

IN

## INTESTINIS LETHALITATE

DEO CLEMENTER ANNVENTE

AVCTORITATE

GRAZIOSI MEDICOR. ORDINIS

PRAESIDE

LVD. HENR. LEO. HILCHEN

MED. D. ET P. P. O. SATRAPIAE GIESSENSIS AC AD.  
IACENTIVM ALIQVOT PRAEFECTVRARVM  
PHYSICO NEC NON FACULTATIS  
MEDICAE HODIE DECANO

PRO  
GRADV DOCTORIS

RITE IMPETRANDO

PUBLICO ET SOLEMNI

MAGNIE. ET EXCELL. ACAD. PROCERVUM  
EXAMINI OBSERVANTER SUBMITTIT

FRIDER. LVDOVICVS NITSCH

DRESDA MISNICVS

AD DIEM NOVEMBR. M DCC. LXIII.

GISSAE, TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.

